



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dominica XXXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

*a* Marc. 2. 3. 5. *b* Mat. 16. 19. Ioh. 20. 22. 23.  
*c* Ioh. 6. 37. Ezech. 33. 11. *d* Ioh. 8. 24. Act. 8. 21.  
 22. *e* Mat. 16. 19. Ioh. 20. 22. 23. *f* Mat. 3. 7. 8. *g*  
 Rom. 2. 16. Mat. 18. 18.

QVÆSTIO LXXXV.

*Quo pacto clauditur & aperitur regnum  
 calorum per Disciplinam Ecclesia-  
 sticam?*

RESP. Cum ex mandato Chri-  
 sti, ij qui nomine quidem sunt Chri-  
 stiani, verum doctrinâ <sup>a</sup> aut vita <sup>b</sup> se  
 ostendunt à Christo alienos, post-  
 quam al. quoties fraterne admoniti  
<sup>c</sup>, ab erroribus aut flagitijs discedere  
 nolunt, Ecclesiæ indicantur, aut ijs  
 qui ab Ecclesia ad eam rem sunt cõ-  
 stituti <sup>d</sup>: ac si ne horum quidem ad-  
 monitioni pareant <sup>e</sup>, ab iisdem inter-  
 dictione Sacramentorum ex cœtu  
 Ecclesiæ <sup>f</sup>, & ab ipso Deo ex regno  
 Christi excluduntur <sup>g</sup>; ac rursum, si  
 emendationem profiteantur, & re  
 ipsa declarent <sup>h</sup>, tanquam Christi &  
 Ecclesiæ membra recipiuntur <sup>i</sup>.

*a* Tit. 3. 10. 2. Iohan. 10. 11. *b* 1. Cor. 5. 11. *c*  
 Mat. 18. 15. 16. 17. *d* Mat. 18. 17. *e* Mat.  
 18. 17. *f* 1. Cor. 5. 11. 1. Cor. 5. 13. *g*  
 Mat. 16. 19. *h* 1. Cor.  
 2. 6. 7.

TERTIA PARS  
 DE GRATITVDINE.

DOMINICA XXXII.

QVÆSTIO LXXXVI.

*Cum ab omnibus peccatis & miserijs,  
 † cum aliquo nostro merito, \* maxime † sine  
 Dei misericordiâ, propter Christum libe- \* sola  
 rati simus, quid est, cur bona opera  
 faciamus?*

RESP. Quia postquam nos Chri-  
 stus suo sanguine redemit, renouat  
 nos quoque suo merito, Sacramentis  
 & Spiritu, id est, in Baptismo regenerat  
 ad imaginem sui <sup>a</sup>, vt tantis benefi-  
 cijs affecti, in omni vita nos erga  
 Deum gratos declaremus <sup>b</sup>, & ipse  
 per nos celebretur <sup>c</sup>, ad maius no-  
 strum meritum. Deinde, vt nos quoq;  
 ex fructibus, de tua quisque fide  
 \* certius speremus. Postremo, vt vita  
 nostræ integritate alios Christo lu-  
 crificiamus <sup>d</sup>.

*a* 1. Cor. 1. 30. Tit. 2. 14. *b* Deut. 32. 6. *c* Mat.  
 5. 16. *d* Iacob. 2. 18. 1. Ioh. 2. 34. *e* 1. Pet. 31. 1. Pet.  
 2. 12.

Ad hæc responsio patet ex supra dictis.

QVÆSTIO LXXXVII.

*Non possunt igitur illi seruari, qui ingrati,  
 & in peccatis secure persistentes, a sua  
 prauitate ad Deum non con-  
 uertuntur?*

RESP.



RESP. Nullo modo. Nam, vt scriptura testatur, nec impudici, nec idololatræ, nec adulteri, nec fures, nec auari, nec ebriosi, nec conuitiatores, nec raptores, hæreditatem regni Dei consequentur<sup>a</sup>,  
<sup>a</sup>1. Cor. 6. 9. 10. Eph. 5. 5. 1. Joh. 3. 15.

RESP. Vera peccatorum remissio, & lætitia in Deo per Christum<sup>a</sup>, & serium operosum ac promptum studium instituendi vitam ex voluntate Dei omniaque bona opera exercendi<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Pl. 51. 10. Pl. 51. 14. <sup>b</sup> Rom. 7. 21. 22. Rom. 6. 13.

## DOMINICA XXXIII.

## QVÆSTIO LXXXVIII.

Quibus partibus constat Conuersio hominis ad Deum?

RESP. Remissione peccatorum: Mortificatione veteris, & viuificatione noui hominis<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Eph. 4. 22. 23. 24. Esa. 1. 16.

De remissione peccatorum actum supra quaest. 84.

## QVÆSTIO LXXXIX.

Quid est Mortificatio veteris hominis?

RESP. Non quidem, propriè verè & ex animo dolere, quod peccatis tuis Deum offenderis<sup>a</sup>, eaque magis ac magis odisse & fugere<sup>b</sup>: Sed passionum ac appetituum in ordinem redactio sub lege Christi.

<sup>a</sup> Ioel. 2. 12. 13. 2. Cor. 7. 10. Plal. 51. 6. Mat. 26. 75. <sup>b</sup> Rom. 12. 9. Amos 5. 5.

## QVÆSTIO XC.

Quid est Viuificatio noui hominis?

## QVÆSTIO XCI.

Quæ sunt bona opera?

RESP. Tantum ea, quæ ex vera fide<sup>a</sup>, secundum legem Dei & Ecclesiæ fiunt, & ad eius solius gloriam referuntur<sup>c</sup>; non ea autem, quæ à nobis erronea opinione recti conficta<sup>d</sup>, aut ab hominibus tradita sunt<sup>e</sup> superstitiosè.

<sup>a</sup> Hebr. 11. 6. Heb. 11. 4. <sup>b</sup> Leu. 18. 4. Deu. 12. 32. Ezech. 20. 19. 31. Cor. 10. 31. <sup>d</sup> Deu. 12. 8. <sup>e</sup> Mat. 15. 9. Esa. 29. 13.

## QVÆSTIO XCII.

Quid est Lex Dei?

RESP. Loquutus est Deus omnia verba hæc.

Exo. 20. 3. Deut. 5. 4.

Verbo est non proba: distinctio præceptorum est numerata nouatè: sensus, Comuni Versioni consonus: Transeat.

## Primum præceptum.

Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te ex Aegypto, domo seruitutis. Non habebis Deos alienos in conspectu meo.

Ne sculpas tibi simulacrum, nec ullam  
 im-